



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XX. De intrusis & electis per potestatem laicorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

benedictionem solennem sponsaliorum per dictos presbyteros, seu quoscumque alios, & usque ad satisfactionem condignam a traductione & carnaли commercio seu consortio sint suspensi. Et poena simili puniantur, qui contra interdictum ecclesiæ nuptias duxerint celebrandas. Et ut tempora interdicta ad celebrandum nuptias non possint aliquando ex ignorantia excusare, monemus omnes sacerdotes, parochiales maxime, quatenus dicta tempora dominica ante aduentum, & dominica ante septuagesimam, & dominica ante octauam ascensionis Domini, studeant publice in Missarum solenniis nuntiare, quod nullus celebret nuptias temporibus ab ecclesia interdictis, scilicet a prima dominica de aduentu, usque post epiphaniam: & a dominica de septuagesima, usque ad octauam paschæ: & a tribus diebus ante ascensionem, usque ad octauam pentecostes.

RVBRICA XX.

Cum, secundum Apostolum, nemo sibi debeat honorem assumere, nisi tamquam Aaron a Deo fuerit vocatus, hoc minus considerant & attendunt, suæ salutis oblii, qui se intrudunt ad dignitates ecclesiasticas, vel beneficia, & eligi & intrudi procurant per potentiam laicalem: volentes igitur talibus & similibus remediis quibus possumus obuiare, statuimus, & districtius prohibemus, ne quis talia de cetero presumat attentare, vel attendari sustineat, vel procuret. Et si quis contra fecerit, non solum non confirmetur, nec institua-

CLEMENTS P.V. RAVENNATE II. HENRICVS VII. IMP. 781

ANNO CHRISTI
1311.
tur, sed omni spe promotionis in tota Rauen-
nati prouincia per diœcesanum similiter exuatur:
& nihil minus ipso facto sit excommunicatus,
& omni priuilegio ecclesiasticæ protectionis ac
defensionis exutus sit: a qua sententia non possit
absolui, nisi per prouinciale Concilium, satisfa-
ctione plenaria prius præstata, de patratis excessi-
bus & commissis, & damnis illatis; & etiam sit
inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtainen-
dum.

RVBRICA XXI.

Cum, iuxta propheticum oraculum, melior sit
obedientia, quam victimæ, & inobedientium cul-
pa cognoscatur ex poena inficta talibus ex nouo
& veteri testamento, hoc minus considerant ho-
nestatis ecclesiasticæ & famæ prodigi, qui præ-
lati suis in superbiam elati, Behemoth in sua mali-
tia & superbia imitantes, contra prælatos suos se
erigunt, & contumaciter & pertinaciter eisdem
obedire recusant; &, quod est durius, ipsis detra-
hunt, & hostiliter eos impugnant: statuimus er-
go & arctius prohibemus, ne quis clericus sæcula-
ris, vel religiosus de cetero contra prælatum suum
se debeat superbe erigere, sed in iis quæ Dei sunt
maxime debeat humiliter obedire: & qui contra
fecerit, & tertio monitus non desisterit, cum Da-
than & Abiron, quos propter inobedientiam ter-
ra viuos absorbut, partem consequantur & for-
tem: & nihil minus, durante contumacia, post-
quam publice denuntiatus fuerit ab omnibus, & in
omnibus evitetur, & ab officio & beneficio, do-

Ffffff ij